Fragmentarium

deratum aliquid uiderit dicit. deo gra
tias. In scripturis enim inuenimus
letantis. Vua calefactus sum uidi fo
cum. Gaudentis. euge bone serue
et fidelis. Optantis. o et utinam.
o. ut illud. o si utinam in thalamos
in uisi cesaris. item. utinam quando
uerbum non sequitur. interiectio est. sicut
solemus bona nobis promittentibus
respondere. utinam utinam. Mina
tis. ut eia tu eia factu fac.
sic enim inquietis iuuenibus minan
ter dicere solemus. eia tu eia. factu
fac. unde et minantis recte ob
tinet significationem. Blandien
tis ut illud. mi pater si fieri
potest transeat a me calix iste. et
illud. pater mi pater mi. currus israel
et auriga eius. potest et hec pars
in aduerbium transire significationem.
si uerbum sequatur. Admirantis.
ut papa. sic enim legitur papa uiue
re non licet et fornicare libet.
Alia admirantis multis modis fi
unt interiectiones. Prohibentis
ut tuto sic enim in fantibus commi
natur. ita et in teodisca lingua.
illud. totto. prohibentis habet intel
lectum. Metuentis. ut ha.
ha. ha. domine deus nescio loqui quia
puer ego sum. Irridentis euge
uha. ut illud. confundantur qui
dicunt mihi euge euge. uha qui des
truis templum dei et in triduo rehe
dificas illud. Dolentis. ut
ieu. ieu. heu. heu. prodolor. ieu
me. ieumme. mater mea et heu
heu. et hoc ipsud mutuo accepe
runt. et illud. merore conpleta ~~te~~ manasi
quoque riuique super faciem meam. et clamaui
ad eo. heu heu heu domine deus quoque ne
disperdas omnes reliquias israel. prodolor.
ut illud. luxoria perferes multos
detraxerit ad ignes. prodolor. uim
nimios. semper ad ima trahit. La
mentantis ut hore. horenni. sic enim
lamentantes cordis dolore in lamen
tis suis dicere solent. Vulnera
tis. uua uue nomme. Solent
enim aut iniculis constricti. aut du
ris doloribus pressi his interiectioni
bus uti. Sunt et alie plures in
terrectiones que pluribus iunguntur sig
nificationibus. et multis modis
proferuntur. ut iam supra dictum est.
Pro uarietate uero atque gentium diuersitatem
gentium diuise et multe sunt in
terrectiones. et una queque gens se
cundum proprietatem linguarum proprias et
speciales habet interiectiones. De quibus
donatus paucas hic posuit. ad
exemplum dicens. metuentis ut ei.
optantis ut. o. dolentis ut heu.
letantis ut euax. et similia.

De figura interiectionis. IIII.

Figura quoque sicut et aliis partibus
sine dubio accidit interiectio
ni. figura enim interiectionis du
plex est. quia sunt interiectiones
simplicis figure. ut euax. o.
ha. ha. heu. heu. aia. Sunt
alie ex duobus integris conposite.
ut deo gratias. euge utinam. prodolor.
euge enim secundum greca interpre

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.22, 3r – Smaragdus, Liber in partibus Donati; Versus de monachis
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ev0h/5252/49863)